



**Venatio Sacra. Sive Puer Amissus**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Elegia V. B. Virgo solitudinem suam, doloremque, & Verbi æterni vbiuis  
filentium explicat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70011](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70011)

Sic & amor vario sat ut egerit agmine cursus ;  
 Huc quo meta vocat ; credo, reflectet equos.  
 Nunc licet immenso trahat ampla volumina gyro ;  
 Sancte Puer punctum cor tibi matris erit.  
 Omnis eto rendit concors via, siue viarum  
 Linca, quo puncto meta sit alta quies,

## ELEGIA V.

B. Virgo solitudinem suam, doloremque, & Verbi æterni ubiuis silentium explicat.

1. Se solam à Filio relinquì ingemiscit.

2. Vbiique I E S U M suauiter inclamat ; nec tam  
men vox inde ullia resultat.

3. Omni affectu aduocat Filium.

Felix illa domus, cui pusio ludit in aulâ !  
 Felices sobolis, spes ubi salua , nurus !  
 Ast ego non felix , cui si non plurimus hæres ,  
 Vnus in vniogenâ floret & omnis honos .  
 Flos tamen eximus quouis præ flore, parentem ,  
 Qui sit lux reliquis, tristis ut umbra later .  
 Hæc cine virginei sint ultima præmia partûs ?  
 Hæc cine sub dexterâ cælite pacta fides ?  
 Hæc cine Iosepho merces iucunda laborum ,  
 Usque redux duro currat ut orbe labor ?  
 Idque ubi iam lætis pax aurea floret in herbis ?  
 Et via festiuis personat ista choris ?  
 Vidi ego tum quouis ridere rosaria prato ,  
 Et dare texendas in sacra ferta rosas .  
 Inde meo sed mille sinu nisi fidere spinas  
 Ingemui : spinis saucta corda flagrant .  
 Hinc dolor, ulcus edax, quouis perit orbe medelam ?  
 Yes medela puer, qui mihi vulnus alit,

Implorò

Imploro sylvas ; imploro nescia rupes ;  
 Imploro grauidum, quo salit vnda, specum,  
 Et IESV syluis, & rupibus aggemo IESV : LXXXVIIIA  
 Muja sed ad surdas stant elementa preces.  
 Vna tamen saxis vox edita reddit IESVM ;  
 Triste pari lugens voce recudit opus.  
 Illa sed in tenues exspirat languida questus ;  
 Et iam semianimi murmur re rauca silet.  
 Ergo loqui, dum cuncta silent, puer incipe, Patria  
 Nobile tu Verbum ; debita verba neges ?  
 Ut quid adhuc, vbi iusta pijs stat gratia votis,  
 Abripit incassas aura, vel vnda preces ?  
 Sola quid ægra meo gemitu comes aggemit Echo ?  
 Non nisi vis lacrymis digna sit aura meis ?  
 Malo bibas tristi quos depluo lumine, rores :  
 Si non has oculis, at bibe corde preces.  
 Quid prohibet, profugo lacrymas vbi fundo puello,  
 Affundat socias ipse puerus aquas ?  
 Tu meus ille dolor, sis & medicina dolori.  
 Omnibus ille salus, noxa parentis eris ?  
 Qui mihi dat vulnus, medicus sit vulneris idem.  
 Dulce quid est medi cæ vulnera ferre manu.  
 Dulce quidem fateor : nouus at dolor vrit acerbis  
 Cor stimulis ; necdum spes vbi certa redit.  
 Tot pueros inter medio stans agmine, dixi :  
 Ah ! meus, & solus cur mihi Gnatus abit ?  
 Vna tamen peccat, vox consonat altera vero.  
 Solus abis, sed iam non meus ille puer.  
 Quid vetat esse meum ? merui quid tale, vel ausim ?  
 Nil merui ; nedum tale quid ausa parens.  
 Viderit hoc, vt complet iter nunc omne, viator  
 Nescio quis, dicet : Mater es ausa nefas.  
 Exime, vana licet, nigræ conuicia famæ ;  
 Candida quam puri fama pudoris habet.